Superindictiones ſunt munera patrimonialia. Bart.

10. Exemplum ſacrarum literarum eorundem AA. & CC. ad Præſides provinciarum.

QUantum ad extraordinarias [1] indictiones pertinet, præſidibus ſignificamus, ut omnes [2] poſſeſſores cæteroſque ſciant conveniri debere: quandoquidem ea patrimonii munera eſſe conſtet, quæ merito ab [3] omnibus agnoſci debeant, quo facilius obſequiis publicis pareatur.

TIT. XLII.
QUEMADMODUM [4] CIVILIA [5] MUNERA INDICUNTUR.

Non debet quis eodem tempore habere plura officia. Bart.

1. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS [6] AAA.

CUm te curatorem [7] ad cogendas angarias creatum appellationem interpoſuiſſe proponas: Præſes provinciæ ſi alterius curiæ [8] te eſſe animadverterit, ad [9] alieni corporis munera vocari non ſinet: quia ejus patriæ [10] oneribus reſpondere debes, cui te attributum eſſe commemoras.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Dionyſio.

MAjoribus [11] honoribus [12] functos, ad minores devocari non [13] oportere, rationis eſt [14].

3. Iidem AA. Eutychiano.

CUm [15] te omnibus muneribus functum eſſe adſeveres, ad eadem munera, ſi aliorum civium copia eſt, qui obſequiis civilibus fungi poſſunt, Præſes provinciæ devocari te non permittet.

4. Iidem AA. & CC. Regio.

ULtra [16] modum ſumptuum te muneribus civilibus gravari levatis [17] aliis, Præſes provinciæ non patietur: ſed æqualitatem [18], tam juris quam cenſuræ memor circa ordinem [19] cuſtodiet.

TIT. XLIII.
DE HIS, QUI SPONTE PUBLICA [20] MUNERA SUBEUNT.

1. Imp. ALEXANDER [21] A. Feliciano.

VEterani [22] qui cum poſſunt ſe tueri immunitate his conceſſa, decuriones ſe fieri in patria ſua maluerunt, redire ad excuſationem quam reliquerunt, non poſſunt: niſi certa lege, & pacto ſervandæ immunitatis, vel partem ejus honoris agnoverint.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Valerio.

QUi publici muneris vacationem habet, ſi [23] aliquem honorem excepto decurionatu ſponte ſuſceperit, ob id quod patriæ ſuæ utilitatibus ceſſerit, vel gloriæ cupiditate pauliſper jus [24] publicum relaxaverit, competens privilegium non amittit.

3. Imp. LEO A. Puſeo [25] P. P.

QUi conditioni [26] non obnoxius curiali, quemlibet honorem, vel munus voluntate [27] propria in quacunque geſſerit civitate, nullum præjudicium circa fortunam ſuam, ſtatumque ſuſtineat: ſed tam ipſe, quam liberi ejus, & qui ex his in poſterum procreandi ſunt, ab omni hujuſmodi nexu cum ſuis facultatibus liberi alienique permaneant: ita tamen, ut ſi aliqua functio volentibus eis fuerit injuncta, ex qua neceſſe ſit eos aliquid accipere, quod ex data ſibi pecunia in reliquis apud eos manſiſſe [28] conſtiterit: ſolventes, ſine ulla moleſtia, vel conditionis ſuæ formidine diſcedant. Si quis vero ex his omnia decurionum munera, vel functiones: vel honores nulla imminente neceſſitate, ſed ſua ſponte peregerit: eum pro ſua liberalitate patrem [29] civitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, ſi hoc libuerit ei, fieri conſtituique hac lege decernimus. Dat. 5. Id. Novembr. CP. BASILISCO & ARMERICO CONSS. 465.

Liberi *ejus qui ſe ſponte Curiæ obtulit, quandocunque geniti, Curiæ non obligantur. Secus ſi* Naturalis *Curiæ ſe offerat.*

4. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

EOs qui curiali fortuna liberi conſtituti, poſtea [30] ſe curiæ cujuscunque civitatis obtulerint, confidere volumus, quod poſteritas eorum non ſolum jam procreata, ſed [31] etiam poſt talem deditionem [32] procreanda, hujuſmodi fortuna libera manebit: ſive ſpecialiter ſub [33] hac lege curiæ ſe obtulerint, *ut ab eis deſcendentes tali fortuna liberi permaneant:* ſive nullam hujuſmodi fecerint mentionem: nullo audente dicere, quod nati vel concepti poſt talem deditionem paternam conditionem ſequi debeant: hoc enim ſpeciali beneficio alacriores omnes ad conferendam civitatibus hujuſmodi opitulationem conſtituere properavimus: ita tamen, ut nec occaſione quartæ portionis bonorum hujuſmodi decurionis [34] quicunque ſucceſſores ejus aliquam inquietudinem patiantur: utpote libera ejus ſubſtantia omni curiali gravamine conſervanda: & ſi quid [35] defunctus vel ex adminiſtratione curialium munerum, vel ex quarta portione ad eandem curiam ſemel vel ſæpius devoluta, vel ex alia quacunque cauſa eidem curiæ debuiſſe probetur, hoc idem ſucceſſores curialibus reddere minime dubitent [36]. † Illis ſcilicet quæ ſuper [37] naturalibus filiis quos naturalis pater ſub hac lege curiæ dedit vel poſtea dederit, ut legitimos tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſucceſſores habeat, non ſolum veteribus legibus, ſed etiam noſtris ſanctionibus diſpoſita [38] ſunt, præſenti lege excipiendis: ut non ipſi tantum filii naturales, ſed etiam ex his procreandi mares paternam ſequantur fortunam; vel maribus liberis [39] minime ſubſiſtentibus [40], quarta pars ſubſtantiæ mortui curiæ deputetur.

TIT. XLIV.
DE HIS, QUI A PRINCIPE VACATIONEM [41] ACCEPERUNT.

1. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

NUllus [42] vacationem temporalem [43] curialis accipiat: niſi id forte veris [44], ac probatis cauſis adnotatio [45] noſtra conceſſerit. Datum Prid. Non. Jun. CP. THEODOS. & ABUNDANTIO CONSS.

TIT. XLV.
DE [46] VACATIONE PUBLICI MUNERIS.

Vacatio ſimpliciter conceſſa non porrigitur ad munera ordinaria. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A. Januario.

MUneris publici vacationem [47] ea continere [48] quæ non lege [49], non Senatusconſulto, non conſtitutionibus Principum injunguntur, merito reſponſum eſt [50], ad quam formam juris pertinens [51], ſi cœperis ad munera extraordinaria [52] a Magiſtratibus devocari [53], appellatione interpoſita poteris apud [54] Præſidem juris rationibus protegi.

TIT. XLVI.
DE [55] DECRETIS DECURIONUM SUPER IMMUNITATE QUIBUSDAM CONCEDENDA.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urſatio.

EXceptis [56], qui liberalium ſtudiorum antiſtites [57] ſunt, & qui medendi cura funguntur, decurionum decreto [58] immunitas nemini tribui poteſt.

2. Iidem AA. & CC. Caſſio.

ORdinis ambitioſa [59] decreta ſacris conſtitutionibus improbantur.

TIT. XLVII.
DE [60] EXCUSATIONIBUS MUNERUM.

De his, qui fuerunt Procuratores patrimonii Cæſaris.

1. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Demetrio [61].

ETiam hi, qui noſtra *procuraſſe* [62] monſtrantur, muneribus civilibus [63], quæ dignitati eorum congruunt [64], fungi debent [65].

De dignitatibus.

2. Pars actorum DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

INductis [66] Firmino, & Apollinario, & cæteris principalibus [67] Antiochenſium adſtantibus Sabinus dixit, * [68] *& cætera.* Diocletianus dixit:

1 Extraordinariæ indictiones ſunt, quæ præter morem indicuntur ad tempus ex improviſo. *Goth.* Veluti angariæ belli tempore, aut, equi, muli, veredi, his autem parere omnes debent: etiam eccleſiæ, *l. neminem. S. de ſacr. eccl.* & cæteri municipes vel incolæ. *l. ult. §. patrimoniorum. D. de mun. & hon.* Mod. 2 Patrimonii muneribus continentur extraordinariæ indictiones. 3 Patrimonii muneribus nemo excuſatur. *l. 1. ff. de munerib.* ne quidem Eccleſia. *l. neminem. 11. S. de ſacroſ. Eccleſ.* 4 Similis eſt *tit. in C. Theod.* 5 *Eclog. lib. 12. tit. 5.* 6 Al. *Alexander A.* 7 Curator ad cogendas angarias eſt, qui compellit, adigit & exhibet angarias. 8 Al. *creaturæ, id eſt,* creationis, ſive nominationis; unde creator appellatur, qui ad munera nominat. 9 Officium alieni corporis ſuſtinere nemo cogatur. 10 Patris. 11 A majoribus ad minores vocari, rationis non eſt. Ideo vitio verſum Dionyſio tyranno Siciliæ, quod exul Corinthi ſe ludimagiſtrum profeſſus, in trivio pueros doceret. Juſtinus *lib.* 21. 12 Al. *honeribus*, ſed perperam, error inde natus, quod veteribus *honus* ſcriberetur, 2. *Gell.* quæ vox pro *honore* interdum adſcribitur. 13 Revocari, al. *evocari.* 14 Cur ita? δοκοῦσι γὰρ ὑβρίζεσθαι, videntur injuria adfici. *Syn. Baſil.* 54. *tit.* 3. *c.* 3. 15 *l. 42. S. de decurionibus, l. 4. infr. h. t. l. 3. §. 15. ff. de honoribus & muneribus. l. un. infr. de potioribus ad munera, h. lib. tit. 65. l. 2. in fin. ſupr. de apochis. h. lib. tit. 22.* 16 *l. 3. §. præſes. 15. l. 4. in fin. D. de muneribus & honoribus.* 17 Sublevatis, al. *elevatis.* 18 Æquabilitatem. 19 Id eſt, formam & diſciplinam publicam.

20 Al. *deeſt.* 21 Al. *Antoninus.* 22 Renunciat veterani privilegio, qui ſe decurionem creari patitur, non excepta immunitate ſua. Ita non ſola decurionatus ſuſceptione veteranus amittit privilegium excuſationis a muneribus perſonalibus: ſed ſi ſuam excuſationem, cum juvaretur, omiſit. vide *l. 5. in fin. D. de jure immunitatis, l. 2. l. ult. D. de privil. veteran.* Renunciaſſe alioqui ſuo privilegio privilegiatus non præſumitur. Nemo enim præſumitur donare; eſt autem renunciatio donatio. vide Menochium 6. *Præſumpt.* 41. & 3. 45. *num.* 11. 23 Qui decurionatum agnovit, immunitatem amittit *l. 2. in pr. l. pen. §. ult. ff. de jur. immun.* Qui partem decurionatus, veluti honorem aliquem municipalem, non item *l. 1. hoc tit.* Jus publicum autem illud dicit, quo eſt conceſſa immunitas. *Mod.* 24 Jus publicum intelligit, quo conceſſa immunitas eſt. 25 Al. *Paco P. P.* Fuit hic Puſeus Præfectus Prætorio: qui etiam eo anno conſulatum geſſit cum Joanne, quo Anthemium Occidentis Imperatorem Leo fecit. 26 *Pars l. 1. S. de officio comitis Orientis.* 27 *l. 4. J. h. t.* 28 Remanſiſſe. 29 Pater civitatis, quaſi pater patriæ, diſcuſſor pecuniæ publicæ, operumque publicorum. Ædilium munus in ſua civitate implens: cogens dominos, ædes collapſas reſtituere, *Græci:* curans denique, ut munda ſit civitas. Ulp. *in Demoſthenem. v. tit. S. de ratiocin. oper. publ.* Cujac. *hic, Novell.* 17. *in fin.* & 12. *obſerv.* 30. *l. unic. J. de ſolut. & liberat. debit. l. 11. tit.* 39. Goth. *l. 1. S. de rat. oper. publ. l. ult. S. de inf. exp. l. 1. S. de aleat. l. 1. J. quib. mun. exc. l. 1. J. de deb. civ. Nov.* 17. 85. 128. 160. Græci ad *l. ad curatores. ff. de damn. infect. & l. 1. J. de ſol. & lib.* Mod. 30 Poſt. *Goth.* Pater per pactum liberis immunitatem reſervare poteſt. vid. *l. meminimus. §. final. S. Quando & quibus quarta pars.* Anſ. 31 Curiæ qui ſe alicui obligat datve, liberos ſuos curiæ non obligat, etiam poſt eam ſui deditionem vel obligationem natos. 32 Conditionem. 33 Pactum non valet, ut, qui ex me naſcentur liberi, curiam meam ſequantur. 34 Decuriones. 35 Si quidem. 36 Debent. 37 Curiæ offerre naturales liberos pater poteſt. Accurſ. ſupplet, *vel fæminis, curialibus nuptis.* 38 Expoſita. 39 Recte 40 Suſtinentibus. 41 *Sub.* numerum. 42 *C. Th.* 12. 1. 135. 43 *Temporariam* in *C. Theod.* 44 Puta ob morborum egeſtatem. 45 Quippe Præſidis adnotatio non ſufficit. *l. 14. S. de decurionib.* 46 *D. lib.* 50. *tit.* 5. 47 Vacatione. 48 Contineri. 49 *l. 6. l. 7. l. 8. §. 3. D. de vacat. munerum.* 50 Intelligit *l. in honoribus. 8. §. qui muneris. 3. D. de vacat. mun.* 51 Pertines. 52 *l. 12. D. de muneribus.* 53 *l. 1. D. de vacat. munerum.* 54 *l. 2. S. de decurionibus.* 55 *Lib. 50. D. tit. 9.* 56 *l. 4. §. 2. D. h. t.* 57 Antiſtites liberalium artium hic dicuntur, ut a Quintiliano Servius Sulpitius, juris antiſtes & a Plinio 7. *Plin.* 1. Plato ſapientiæ antiſtes, adde quæ ſcripſi ad *l. 1. D. de juſtitia.* 58 Probantur enim decreto. *l. 2. J. de profeſſoribus & medicis h. lib. tit.* 52. 59 Id eſt, gratioſa, κολακικαὶ ψῆφοι. *l. 4. D. h. t.* vide Cujac. *hic.* Goth. Adde *l. 1. ambitioſa. S. de decurionib.* Anſ.

60 *L. 50. D. 5.* Huc refer Paponem 1. *Notar.* 7. *des lettres d'exemption.* 61 Al. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. 62 Muneribus exprocuratores etiam Cæſaris non excuſantur. 63 Curialibus. 64 Non congruit autem ut ſint capſarii vel piſtores. *Græci in l. 9. J. hoc tit.* 65 Cur debent? finita adminiſtratione, finitur privilegium. *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. D. de jure patronat.* 66 In conſiſtorium ſcilicet. Hæc enim act. habita ſunt in conſiſtorio. *Ammianus* 14. *Inductis quadam ſolenni die agentibus in conſiſtorium.* Cujac. *hic.* 67 Principales, primi curiæ, *ut multis S. diximus.* 68 Græca quædam hic erant, quæ eruere ex libris manuſcriptis non potuimus, nec fuere unquam integra, quoniam iis ſubjicitur, &c. Cujac. *hic.*

CErtis dignitatibus data a nobis [1] indulgentia eſt munerum civilium, & perſonalium, id eſt, his qui aut ex *protectoribus* [2] ſunt, aut ex præpoſitis [3]. Hi ergo ad munera perſonalia aut civilia non vocabuntur.

De tutelis.

3. Iidem AA. & CC. Martiano.

TUtelæ ſolicitudo a muneribus civilibus non excuſat: utpote [cum [4]] nec tres [5] ſimul injunctæ diverſarum [6] domuum, hujuſmodi beneficium præſtent.

De Hydraulis.

4. Iidem AA. & CC. Attalo.

HYdraulæ [7] munerum civilium immunitatem ſibi jure conceſſam approbare [8] minime [9] poſſunt.

De Procuratoribus abſentium reipublicæ cauſa [10].

5. Iidem AA. & CC. Marcellino.

PRocuratores abſentium reipublicæ cauſa, munerum civilium vacationem non habent.

De venatoribus.

6. Iidem AA. & CC. Cajo.

VEnatoribus [11] immunitas ob hanc profeſſionem ſolam nullo [12] jure conceſſa probari poteſt.

De negotiatoribus.

7. Imp. CONSTANT. A. ad Catullinum Vicarium.

NEgotiantes veſtiarios, linteones [13], purpurarios, & particarios [14], qui devotioni noſtræ deſerviunt, viſum eſt ſecundum veterem conſuetudinem ab omni munere immunes eſſe.

Qui poſſunt aliquid inferendum indicere, vel non.

8. Impp. CONSTANT. A. & JULIANUS C. ad Taurum P. P.

PLacet [15], nullum omnino judicem de cætero provincialibus inferendum aliquid indicere, ut ea tantum ſedulo cunctorum ſtudio penſitentur, quæ canonis inſtituti forma complectitur, vel noſtra clementia decernit inferenda, vel delegatione ſolenniter ſanciente, vel epiſtolis præcedentibus: ſed ſi quid urgere forſitan cœperit, referri ad Celſitudinem tuam ſtatuimus, & auctorem [16] te fieri, & eo perſoluto referri ad ſcientiam noſtram, ut nobis jubentibus roboretur. Si quis autem uſurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli [17] repetitione teneatur: quæ ſeveritas juſſionis ad ordinariorum judicum, officiorumque terrorem debebit excurrere [18], ut ſi eorum, vel gratioſa conniventia, vel ignobili diſſimulatione temeritas admiſerit curialis, eos quoque damni ſimplicis [19] pœna caſtiget. Dat. Kal. April. *Mediolani*, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. II. CONSS. 357.

De muneribus perſonalibus.

9. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Claudium Proconſulem Africæ.

ILlud [20] convenit præcaveri, ne quis hanc, quæ perſonalis eſt functio, pretio [21] putet eſſe taxandam. Dat. Kal. Dec. *Treveris*, VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 365.

De prædiis principis.

10. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. P. [22].

PRivatæ rei [23] noſtræ privilegiis permanentibus, nihil [24] extra ordinem prædia jure perpetuo conſignata ſuſtineant: neque adjectis [25] ſæpius, ac præter primum delegationis canonem poſtulatis afficiantur impendiis: quandoquidem neque aurario [26] canoni ſub privilegiis æſtimato, aliquid ex ea jubentibus nobis præbitionum diverſitate decutitur, & pari cum cæteris æſtimari ſorte non convenit, quos præter annonarias functiones æſtimatas [27] perpetua [28] penſitationum prærogativa nexuerunt. PP. *Carthagine*, Idib. April. poſt conſulatum SYAGRII, & EUCHERII 383.

De dignitatibus.

11. Iidem AAA. ad Syagrium P. P. [29].

EOs, qui cum honore [30] Comitum, nomine Magiſtrorum memoriæ [31] præfuere, vel epiſtolis [32], vel libellis, item eos, qui ibidem peragendis, ſignandiſque reſponſis noſtræ [33] manſuetudinis [34] obſecundant: omnium [35] civilium munerum fieri jubemus exortes. Igitur qui ex eo gradu palatio noſtro adhæſerint [36], adeſſe ſibi competentia privilegia glorientur: qui vero ſuperioribus dignitatibus creverint [37], nihilominus ejus loci privilegia præſto ſibi fuiſſe lætentur. Lecta 3. Kal. Septembr. *Capuæ*, ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

Palatini in dignitate conſtituti etiam poſt dignitatem finitam, & magiſtri ſcientiarum, & legati, a ſordidis muneribus hic declaratis ſunt exempti. Jo. de Plat.

12. Iidem AAA. ad Hypatium [38] P. P.

MAximarum [39] culmina dignitatum, Conſiſtoriani [40] quoque comites, Notarii etiam noſtri, & Cubicularii omnes, atque excubicularii [41], ab omnibus ſordidis muneribus vindicentur. Cæteros autem palatina, vel militari intra palatium prærogativa munitos, ita demum privilegium ſimile contineat [42], ſi [43] prioribus ſtatutis ſe ad hujuſmodi exceptionem [44] docuerint [45] pertinere: ut non ſingulis indulta perſonis, ſed in commune dignitati, vel corpori hujuſmodi beneficia doceantur fuiſſe conceſſa, circa [46] Rhetores, atque Grammaticos eruditionis utriuſque [47] vetuſto more durante. † Sordidorum vero munerum talis exceptio [48] ſit, ut patrimoniis dignitatum ſuperius digeſtarum, nec conficiendi [49] pollinis cura mandetur [50], aut panis [51] excoctio, aut obſequium piſtrini, nec [52] paraveredorum [53] hujuſmodi juris [54], aut parangariarum præbitio mandetur: exceptis his, quibus ex more Rhæticus limes [55] includitur: vel expeditionis Illyricæ pro neceſſitate, vel tempore utilitas adjuvatur. Operarum quoque [56], artificum diverſorum, excoquendæ etiam calcis obſequia, nulla de talibus adjumenta poſcantur. Materiam lignorum [57] atque tabulata exceptorum virorum patrimonia non præbeant: Carbonis [58] quoque, niſi eum quem moneta ſolenniter, vel fabricatio ſecundum veterem morem poſcit armorum, ab hujuſmodi viris præbitio deſiſtat. Publicis, vel ſacris ædibus conſtruendis, atque reparandis, capitalis [59], atque temonis neceſſitas [60] nulla mandetur: legatis [61] atque adlectis [62] ſumptus poſſeſſio hujuſmodi privilegiis munita non conferat [63]. Hoc tamen his patrimoniis proſit, quæ dignitatem proprio videntur nomine poſſidere. Eos etiam, qui ſimili honore functi [64] ſunt, generali prærogativa a præbitione ſordidorum munerum vindicamus. Dat. 5. Id. Dec. ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

De ſucceſſoribus.

13. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Neotherium [65] P. P.

SOrdidorum [66] munerum excuſatio [67] delata perſonis, ad heredem, ſucceſſoremve tranſire non poteſt. Neque enim poteſt eſſe perpetuum [68], quod non rebus, ſed perſonis contemplatione dignitatis, atque militiæ indulſiſſe nos conſtat. Dat. 18. Kal. Maji, *Mediolan.* ARCAD. A. I. & BAUTONE, CONSS. 385.

Ad l. 18. Cod. Theod. h. t.

14. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P. P. Orientis [69].

EAm legem [70], quam de extraordinariis, ſordidiſque muneribus, expreſſis vocabulis functionum, & inſignibus dignitatum, ſine ulla ambage præſcripſimus; ita circa eos, in quos noſtra munera redundarunt, eſſe præcipimus ſervandam, ut iiſdem beneficiis non quandiu militaverint, ſed quandiu vixerint, perfruantur. Dat. 11. Kal. April. *Mediolan.* TATIANO, & SYMMACHO CONSS. 391.

De prædiis Principis.

15. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Meſſiano Com. R. P. [71].

EVidenter, atque abſolute jubemus, ne fundi ad patrimonium noſtrum pertinentes, ſeu conductionis titulo, ſeu perpetuo jure tenean-

1 Hoc Honorius & Arcadius non admiſit. *l. 153. C. Theod. de decurionibus.* 2 Vid. *J. tit. de domeſtic. & protectorib. l. 12. tit. 17.* 3 Præpoſitos laborum videtur intelligere, qui erant ex protectoribus. *l. 1. C. Theod. de præpoſit. laborum.* Goth. In qua ita eſt: *Qui ex devotiſſimis domeſticorum ſcholis præpoſiti laborum noſtro judicio & ſtipendiorum ſudoribus promoventur.* Mod. 4 Al. *deeſt.* 5 *l. 2. §. 9. ff. de excuſat. tutorum.* 6 Domus diverſæ, diverſa patrimonia. *Goth.* In Græca metaphraſi ὑποστάσεων. Mod. 7 Al. *Hydraulæ*, ſunt autem *Hydraulæ*, qui machinis & organis aquas deducunt. Vitruvius 10. Athenæus. Plinius, ne alioqui putes cum Accurſio, *Hydraulam* eſſe, qui aquam in palatium principis deferat, cum cuſtodiat aquæductus aulæ Imperialis. De aqua & ejus uſu vide Forcatulum *cap. 14. penus.* Sed quid? Cujacius in *l. 6. §. 1. ff. de excuſation. tutor.* ex lege quarta hujus tituli notans, Muſicos immunitatem non habere, licet eorum ars ingenua ſit & liberalis, quam liberum ſcire adoleſcentem æquum ſit. vide 1. Quintil. 10. videtur hic legiſſe *Muſici.* Goth. Græci ita definiunt: Ὑδραῦλαι εἰσὶν οἱ αὐλοῦντες ἐν τοῖς ὀργάνοις τοῖς οὐκ ἀπὸ ἀσκῶν, ἀλλ᾽ ἀπὸ ὕδατος κατά τινα μηχανὴν τὸ πνεῦμα δεχομένοις. Vide Cujac. hic & Forcat. *in penu juris cap.* 14. Mod. 8 Probare immunitatem debet, qui eam ſibi conceſſam aſſerit. *l. 5. ff. de probat.* 9 *Subaud.* licet profiteri videantur artem liberalem. 10 Abſentes tamen ipſi Reipubl. cauſa immunitatem habent. *l. 1. J. de profeſſoribus. h. lib. tit.* 52. 11 Venator ſola venationis profeſſione non eſt immunis. 12 Imo aliquo jure. *l. ult. circa fin. ff. de jure immunit.* Goth. Reſp. eruditiſſ. Cujacius, eam legem pertinere ad milites, qui a militiæ gravioribus muneribus excuſantur. ſumpta enim eſt ex lib. Militar. T. Arrunt. qui fuit præfectus prætorio ſub Antoninis. Milites ergo venatores non ſunt munifici: venatores cæteri, qui provincias a feris purgant, non ideo a civilibus muneribus excuſantur. *Mod.* 13 *Lintearios*, quod magis probat Cujacius. 14 *Parthiarios* legit Alciat. ſed *parthicarios* magis probat Cujac. qui pellium Parthicarum negotiatores ſunt, ex quibus fiebant Zanchæ. *l. 2. l. 3. Cod. Theod. de habitu.* Trebell. *in Claudio.* Pyrrhus legit *pelliparios.* Cæterum de pellibus Parthicis vid. *l. ult. §. 7. ff. de publicanis.* 15 Hæc conſtitutio conflata eſt ex *l. 8. & 11. tit. 16. lib. 11. Cod. Theod.* quare imperat. nomina & conſulum illinc deſumes. 16 *Auctore, in C. Theod.* 17 Imo dupli. *l. un. S. de ſuperexact. h. lib. tit.* 20. vide *Nov. Leonis* 61. 18 *Excutere, in C. Theod.* 19 *Similis, in C. Theod. & vet. quib. lib.* quod rectius videtur. 20 Pertinebat hæc lex ad piſtorum functionem, ut conſtat ex *l. 12. C. Theod. de piſtorib.* 21 *l. 15. J. h. t.* Goth. Munus perſonale non licet adærare. *l. æſtimationem. ff. de mun. & hon.* Mod. 22 *Ex C. Theod. lib. 11. tit. 16. l. 13.* 23 *l. 6. ff. de vac. muner. l. 5. ſupr. qui bonis cedere.* 24 Al. *niſi.* 25 *Abjectis, in C. Theod.* ſordidis: quod magis probat Cujac. *juxta l. pen. J.* & ſic reperi *in duob. lib. manuſcr.* 26 Aurarius canon quid, dixi ad *Pragmaticum Juſtiniani, cap.* 18. 27 *Æſtimata, in C. Theod. & quibuſd. lib.* 28 *Perpetuo, in C. Theod. & quib. lib.* 29 *Ex C. Theod.* 11. 16. 14. 30 *l. 12. in princ. infr. h. t.* 31 Memoriæ magiſtri, memoriales. 32 Magiſtri epiſtolarum, libellorum, reſponſorum. 33 Al. *vel noſtræ.* 34 *Manſuetudini, in C. Theod.* 35 Hic quædam e *C. Theod.* immutata ſunt. 36 *Abſceſſerint, in al. lib. & C. Theod.* 37 Al. *Accreverint.* 38 *C. Theod. lib. 11. tit. 16. l. 15.* 39 *Maximæ dignitates, illuſtres, l. ult. infr. h. t.* 40 Συγκλητικοὺς καὶ τοὺς κόμητας κονσιστωριανοὺς adjicit autor Synopſeos 54. *tit. 6. cap.* 19. ſenatores & comites conſiſtorianos. 41 *Ex cubiculariis, in C. Theod. & quibuſd. lib.* Ἀποκουβικουλάριοι. *Synopſis.* 42 *Contingat, in Cod. Theod.* 43 Hoc eſt, ſi toti gradui, non ſingulis perſonis privilegium indultum ſit. *Synopſ. ibid.* 44 *Exactionem, in Cod. Theod.* 45 Al. *docuerit.* 46 *Additur in Cod. Theod. eccleſias.* 47 *Id eſt, Græca & Latina. Synopſ. ibid.* 48 *Exceptio ſic, C. Theod.* 49 Γυρινοὶ quibus cura pollinis conficiendi incumbit, *Syn. ibid.* Apud Accurſium legitur, *conficiendæ pollinæ.* 50 *Mandatur, in Cod. Theod.* 51 Ἀρτοκόποι, quibus panis excoctio injuncta. *Synopſ. ibid.* 52 *Ne, in Cod. Theod.* 53 Quid igitur dicendum de veredis & angariis? videntur & excuſandi & ab his, *arg. l. 3. infr. de ſilent. & l. 2. infr. de præp. ſacr. cub.* maxime cum eorum munerum promiſcua conditio ſit. *Mod.* 54 *Viris, in Cod. Theod. & quib. lib.* 55 Auguſt. *lib. 18. de civit. Dei, c.* 18. 56 *Atque, in C. Theod. & quib. lib.* 57 *Lignum, in C. Th. & quib. lib.* 58 Carbo requiritur ad monetam & arma fabricanda. Veget. 4. *cap.* 4. 59 Legendum *capituli, ex C. Theod.* quem vide & confer; ex eo enim multa hic ſunt detracta. Capitulum Græci interpretantur κεφαλικὰς συντελείας. 60 Hæc dicitur & *functio, & onus, & injuria, & cura, & obſequium, l. 2. J. de priv. eor. qui in ſac. pal. l. 4. J. de prox. ſac. ſcr. l. 1. J. de pal. ſac. larg. l. 14. & l. 18. C. Theod. de extraneis muneribus*, & eſt patrimoniale munus, ut apparet ex hac lege, quæ patrimonialia munera tantum recenſet. porro quod procedit *capitulum* Græci interpretantur κεφαλικὰς συντελείας. Mod. 61 Legati, qui immittuntur ad principem. 62 Adlecti οἱ ὑπὸ βασιλέως καλούμενοι. qui cum principe evocantur publici negotii cauſa. vide *l. unic. infr. de præpoſitis laborum. l. 12. tit.* 18. Goth. Seu legati qui mittuntur ad principem. Alioquin enim *allecti* ſuſceptorum genus eſt. *l. 11. 12. 13. C. Theod. de ſuſcept.* Mod. 63 *Conferant, in quib. lib.* al. *conferantur, ſed in C. Th. ferat, ut in lib. Aured. & Dionyſ.* 64 *Perfuncti, in C. Theod.* 65 *C. Theod. lib. 11. tit. 16. l. 16.* 66 *l. 1. §. 1. ff. de jur. immunit.* 67 Al. *excuſatione, in C. Theod.* 68 Perpetuum privilegium, perpetuave excuſatio eſſe non poteſt; quæ non rebus, ſed perſonis contemplatione dignitatis mandatur. 69 *C. Theod. lib. 11. tit. 16. l. 19.* 70 *Intelligit l. 18. ejuſd. tit. C. Theod.* 71 *C. Theod. hoc tit. l. 20.*

tur, aliquid præter ordinem ſuperindicti vel pretii [1] nomine de ſordidis quibuſcunque muneribus agnoſcant: Nam & hoc a divis Principibus imperatum [2] eſt, & a noſtra ſerenitate reparatum. Quisquis igitur judicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus ſuis, alia de officiis ſuis totidem & de curialibus qui exequi malo juſſa feſtinant, noverit eruenda. Dat. 7. Kal. Jul. *Mediol.* OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De illuſtribus.

16. Iidem AA. & THEOD. A. Meliſio P. P. poſt alia [3].

AB [4] illuſtribus [5] perſonis ſordida munera, & extraordinariæ neceſſitatis damna removemus. Dat. 15. Kal. Mart. *Ravenn.* DD. NN. HONORIO IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

TIT. XLVIII.
DE [6] QUIBUS MUNERIBUS, VEL PRÆSTATIONIBUS NEMINI LICEAT SE EXCUSARE.

1. Impp. HONORIUS & THEOD. AA. Herculeo P. P. [7] Illyrici.

COmparationi [8] transvectionique ſpecierum univerſi ſine ullo privilegio coartentur ad neceſſitates Illyricanas [9]: nam in his duntaxat titulis nullum ſub quopiam ceſſare privilegii velamento cenſemus: ſed ſub hac conditione, cum tempus exegerit, hujusmodi collationi ſuccumbant [10], ut non tantum requiratur idoneus, verum univerſi pro portione ſuæ poſſeſſionis jugationisque ad hæc munia [11] coartentur, & a ſummis ſarcina ad infimos usque decurrat. Dat. 3. Id. April. *Conſtantinop.* BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Taurum P. P.

CUm [12] ad [13] feliciſſimam expeditionem [14] nominis [15] noſtri, omnium provincialium per loca qua [16] iter arripimus, debeant nobis [ſolita] miniſteria exhiberi [17], neminem ab angariis, vel parangariis, vel plauſtris, vel quolibet munere [18] [penitus [19]] excuſari præcipimus: ſed omnes, ſive ad divinam [20] noſtram domum, ſive ad venerabilis Auguſtæ, vel ad ſacroſanctas Eccleſias, vel quaslibet illuſtres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec divina adnotatione, ſacrove oraculo excuſatos, indictionibus magnificæ [21] tuæ ſedis tempore noſtræ expeditionis obedire decernimus. Dat. 13. Kalend. Mart. *Conſtantinop.* VALENTIN. A. V. & NONIO CONSS. 445.

3. Imp. LEO A. S.

HAc providentiſſima lege ſtatuimus, omni excuſatione ceſſante, nullaque perſonali [22] dignitate penitus excepta, in quibuscunque locis adminiſtrationi ſublimitatis tuæ commiſſis [23] opus exegerit murorum [24] conſtructionem, ſeu comparationem [25] frumenti aliarumve ſpecierum ſine ullo impedimento, prout commodum atque neceſſarium magnitudo tua perſpexerit, fieri.

TIT. XLIX.
QUI ÆTATE [26], [VEL PROFESSIONE [27]] SE EXCUSANT.

Studentes habent immunitatem a muneribus perſonalibus usque ad XXV. annum ætatis ſuæ. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Severino, & aliis Scholaribus Arabiæ [28].

CUm vos adfirmetis liberalibus [29] ſtudiis operam dare maxime circa juris [30] profeſſionem, conſiſtendo in civitate *Berytiorum* provinciæ Phœnicæ [31]; providendo [32] utilitati publicæ & ſpei veſtræ [33] decernimus, ut ſinguli usque [34] ad viceſimum quintum [35] annum ætatis ſuæ ſtudiis non avocentur [36].

2. Iidem AA. & CC. Theodoro.

CUm filios tuos patria poteſtate liberatos [37], adhuc minores legitima [38] ætate eſſe dicas, merito poſtulas, ut liberalibus [39] ſtudiis non avocentur [40]; & ideo muneribus perſonalibus, quæ patrimonium non pertinent, non adſtringeris, ſi civium inopia [41] non eſt.

Majores quinquaginta quinque annis excuſantur a muneribus perſonalibus, non patrimonialibus. Bart.

3. Iidem AA. & CC. Plautiano.

MAnifeſti juris eſt, majores quinquaginta quinque [42] annos invitos ad munera perſonalia vocari non poſſe. Cum itaque ſeptuagenario majorem te eſſe profitearis, ſi a nominatione facta appellationis auxilium interpoſuiſti, tueri te notione præſidis provinciæ potes jure conceſſo.

TIT. L.
QUI MORBO [43] SE EXCUSANT.

Orbi utroque oculo excuſantur a muneribus perſonalibus, ſecus ſi uno tantum. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A.

SI ea cæcitate [44] pater tuus oppreſſus eſt, ut utriusque oculi aciem prorſus amiſerit, levamentum perſonalium [45] munerum ſentiet.

Debilitatus propter morbum, habet excuſationem. Bart.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

CUm *articulari* [46] morbo debilitatum te eſſe dicas, juxta juris publici auctoritatem a perſonalibus muneribus vacationem habebis.

3. Iidem AA. & CC. Celſæ [47].

POdagræ [48] quidem valetudo nec ad perſonalium munerum prodeſt excuſationem: verum cum ita te valetudine pedum adflictum dicas, ut rebus propriis intereſſe commode non poſſis, Rector provinciæ, ſi allegationibus tuis fidem adeſſe perſpexerit [49], ad perſonalia munera te vocari non patietur.

Infirmitas patris non excuſat filios. Bart.

4. Iidem AA. & CC. Regino.

CAſus [50] corporis patris munerum perſonalium filio jure non præſtat excuſationem.

TIT. LI.
DE HIS, QUI NUMERO [51] LIBERORUM, VEL PAUPERTATE EXCUSATIONEM MERUERUNT.

1. Imp. ALEX. [52] A. Verecundo.

NUmerus liberorum ab oneribus [53] non excuſat.

2. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Severo.

FIlium [54] ab hoſtibus captum, ac needum reverſum, ad excuſationem munerum perſonalium patri proficere non poſſe, magis placuit.

3. Iidem A. & C. Nomo.

NEpotes [55] loco parentum ſuccedentes, vice eorum prodeſſe conſueverunt: Ideoque ſi quinque [56] numerus liberorum ex amiſſorum filiorum nepotibus ſuppletur, a muneribus perſonalibus is, quem patrem tuum eſſe dicis, juxta continua excuſatur.

Divitiæ filiorum non onerant patrem. Bart.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

CUm [57] facultates tuas [omnes [58]] in filium tuum contuliſſe te, nec quicquam habere proponas: reſpectu patrimonii [59] ejus quod tuum eſſe deſiit, muneribus civilibus non adſtringeris.

5. Iidem AA. & CC. Marco.

DE [60] perſonalibus muneribus, quæ fœminis pro ſexus conditione indicuntur: exemplo [61] marium, quinque ſuperſtitum numero liberorum eas excuſari Divi Parentes noſtri conſtituerunt.

1 *Pretii petiti*, *in C. Theod. &* Græcos legere *petiti*, *notat* Cujac. 2 Impetratum. 3 *C. Theod. h. t. l. ult.* 4 *l.* 64. *in fin. ſupr. de decurionibus*, *l.* 23. *in pr. ff. ad municip.* 5 Illuſtres hic ſenatores, maximarum dignitatum culmina, *l.* 12. *ſupr. h. t.*

6 Al. *Ex quibus.* 7 Ad rempub. Illyrici. 8 Comparatio ſpecierum συνωνή. adde *l. ult.* Ĵ. *h. t. l. ult.* ẞ. *ut nemini liceat in emptione ſpecierum. h. lib. tit.* 27. Goth. Transvectionis vero appellatione intelliguntur angariæ, parangariæ, paraveredi. *l.* 12. ẞ. *tit. prox.* Mod. 9 Illyricianas. 10 Succumbat. 11 Munera. 12 Hæc cauſa ſumme neceſſaria ideoque nemo ab ea excuſatur. *l. un. ſupr. ut nemini liceat in empt. h. lib. tit.* 27. adde *l.* 11. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ. l.* 21. Ĵ. *de curſu. l.* 12. *tit.* 51. 13 *Junge cum l.* 11. *ſupr. de ſacroſ. eccl.* 14 Ab expeditionis (τῦ ςρατοπέδυ) oneribus, ne quidem Eccleſia, nec alius quisquam immunis eſt: oneribus, inquam, expeditionis, puta angariis & parangariis. *Synopſ.* 5. *tit.* 1. *cap.* 5. *& ibid. ex lib.* 56. *tit.* 17. *cap.* 22. *l.* 21. Ĵ. *de curſu publico*, *l.* 12. *tit.* 51. 15 Numinis. 16 Quibus. 17 Exhibere. 18 Videtur coemptionem dicere, a qua tum ne domus quidem Auguſti aut Auguſtæ excuſatur, ex Nov. Tiberii de divinis domibus, §. *ult.* Mod. 19 *Deeſt in d. l.* 11. 20 Adde *Novell. Tiberii* 1. *cap. ult. in fin.* 21 Magnificentiæ. 22 *Alias*, perſona, vel dignitate. 23 Commiſſi. 24 In murorum conſtructione, vel comparatione frumenti, aliarumve ſpecierum, nemo excuſationem habet. *Synopſ. Baſil.* 54. *tit.* 7. *cap.* 3. vide *l.* 1. *ſupr. hoc tit.* 25 Parationem.

26 *Sub.* majori annis quinquaginta quinque: eſt vero hoc ſenectutis privilegium. *Goth.* Adde *l.* 2. §. *ult. l.* 11. *D. de decurionib. l.* 5. *D. de jure immunitatis.* Junct. *l. unic.* ẞ. *Qui ætate ſe excuſant.* & notata *ad l.* 3. Ĵ. *h. t.* S. L. 27 Al. *incluſa deſunt.* De privilegiis Scholarium vide *Authenticam habita.* ẞ. *Ne filius pro patre.* & Tractatum Horatii Luſchi *de privilegiis ſcholarium.* 28 Qui ex Arabia Beryti. 29 *l.* 2. Ĵ. *h. t. l.* 28. *D. quib. ex cauſis majores.* 30 Juris profeſſio, liberale ſtudium eſt: *ut hic.* 31 Al. *Phœnicæ*, al. *Phœnices.* 32 *Al.* providendum. 33 Noſtræ. 34 Cur ita? collige ex *l.* 11. *D. de decurion.* 35 Congruit *l.* 2. ẞ. *de incolis. h. lib. tit.* 39. Goth. Minores 25. annis in curiam conſcribi non poſſunt, *l. non tantum. D. de decur.* neque ad munera civilia vel honores admittuntur, *l. ad remp. D. de mun. & hon. l.* 2. §. 1. *D. de vac. mun.* niſi ex cauſa: ut puta ſi urgeat neceſſitas penuriæ hominum, *l.* 2. *hoc tit. l.* 1. *ſupr. qui & adv. quos in integ. reſt.* vel beneficio liberorum. *l.* 2. *D. de minoribus.* ſeu beneficio principis. de quo alibi Plinius. An igitur minor 25. annis judex dari poteſt? libri Βασιλικῶν negant & cum illis facit Cujacius: nec enim, inquit, obſtat *l. cum lege. D. de recept. qui arb. rec.* quippe quæ non definiat minorem 25. annis judicare poſſe; ſed illud dicat: ſi evenerit, ut minor 25. annis judex electus ſit conſenſu partium, vel datus, ſeu quacunque alia ratione id contigerit, ex lege Julia judiciaria eum, ſi fuerit intra annum 20. judicare non cogi. Non obſtat *l. quidam. D. de re jud.* quia id etiam generaliter non definit, ſed ſi forte aliqua ex cauſa evenerit, ut minor judicet, tuendam ejus ſententiam eſſe, modo ſi plena pubertate fuerit, quæ ætas etiam decurionibus definita eſt. *l.* 19. *C. Theod. de Decur.* Item non obſtat *l. cum prætor. ff. de jud.* quia hæc ſolum impuberem judicare vetat. nam impubes plane judex eſſe prohibetur; pubes poteſt eſſe ex conſenſu partium, ſed excuſatur, ſi minor ſit an. 20. *Mod.* 36 Al. *advocentur.* 37 Hoc ponit ex facto, non quod idem non ſit, ſi in poteſtate fuerint. Et ſuperior quidem conſtitutio eſt de ſtudiis juris civilis, hæc de liberalibus & de ingenuis. *Mod.* 38 Minor vigintiquinque annis decurio fieri, vel ad honores, vel munera civilia admitti non poteſt, *ut hic. l. non tantum.* 11. *ff. de decurionib. l. ad Rempublic.* 8. *ff. de munerib. & honorib. l.* 2. *in pr. ff. de vacat. munerum.* 39 Vid. *l.* 1. *ſupr. h. t.* 40 *Advocentur*, al. *revocentur.* 41 V. *l.* 11. §. 2. *ff. de munerib.* 42 Euſtathius *lib.* 10. *de temporib.* quinquaginta Baſil. ſeptuaginta. Cuj. *argum. l.* 3. *D. de jure immunit.* olim ſeptuaginta in urbe. Varr. 3. *de vita P. Romani*, Plin. 4. *epiſt.* Goth. *Septuaginta* hic legi volunt Cuj. & Weſenb. ut conveniat cum *l. unic. Cod. Qui ætate ſe excuſ.* Malim tamen hunc text. ita ſalvari, ut ſpecialiter de munere decurionatus intelligatur, quæ ætas a decurionatu excuſat. *l.* 2. §. *ult. l.* 11. *D. de decurion.* S. L.

43 De cæcitate vide *l.* 1. *cum auriculari morbo l.* 2. *podagræ. l.* 3. Ĵ. *h. t.* 44 Cæcitas excuſat a muneribus perſonalibus. *l.* 1. ẞ. *qui morbo.* Goth. Vid. *l.* 3. *Cod. qui dar. tutor.* vid. Alciat. *hic.* Anſ. 45 At non a conſilio præbendo. *l.* 1. §. 5. *D. de poſtulando.* 46 *Articulari. al.* adde *l.* 18. §. *Camelaſia.* 11. *D. de munerib.* Goth. Omnino legendum: *cum articulari morbo debilitatum te eſſe dicas*, & accipiendum de chiragra, quæ cur excuſationem præbeat a perſonalibus muneribus, cum podagra non præbeat, *l. prox.* Ĵ. *l.* 13. *ſupr. de decur.* ratio eſt, quod vehementior longiorque morbus ſit articularis quam podagricus. *Mod.* 47 Celſæ, *al. Cellæ.* 48 Podagra a muneribus perſonalibus non excuſat, niſi juſta cauſa ſit, hoc eſt, niſi magna admodum podagra ſit, *ut hic*, eadem ratione podagra non excuſat a decurionatu. *l.* 13. *ſupr. de decurionibus.* de podagra adde *l.* 53. *D. de ædilitio.* Goth. Adde *l. penult. in fin. D. de excuſat. mun.* Anſ. 49 Proſpexerit. 50 Vide *l.* 5. §. *immunitati.* 4. *D. de jure immunitatis.*

51 Numerus liberorum excuſationes præbet. Tres liberi a legationibus. *l.* 1. Ĵ. *de legationib. h. lib. tit* 63. quinque a perſonalibus muneribus excuſationem præbent parentibus ſuis, cujuscunque ſexus ſint, *l.* 3. *l. ult.* Ĵ. *h. t.* Duodecim vel tredecim a muneribus patrimonialibus. *l.* 24. ẞ. *de decurion.* multo magis ſedecim. *l. ſemper.* 5. §. *demonſtratur.* 2. *D. de jure immunitatis.* adde Guidonem Papæ *deciſ.* 104. *l.* 2. §. *munerum. D. de vacatione munerum.* Goth. Conf. Ferdinandum Paez *in tract. de excuſandis parentibus a muneribus publicis ob numerum liberorum.* Mod. 52 Al. *Antonin. A.* 53 Al. *honoribus*, *l.* 2. §. *numerus. l.* 8. *in pr. D. de vacat. mun.* 54 Vid. Platonem *lib.* 5. *de Repub.* 55 Nepotes loco filiorum ſunt, quoties parentum loco ſucceſſerunt. adde *l.* 2. §. 7. *D. de excuſat. tutorum.* 56 *l.* 5. *l. ult.* Ĵ. *h. t.* 57 Vide *l.* 4. *in fin. D. de munerib.* 58 Al. *deeſt.* 59 Id eſt, propter paupertatem: non eſt enim hæc lex accipienda de patrimonialibus muneribus, ſed de perſonalibus, ut adnotat Cujac. recte. 60 *l.* 1. Ĵ. *de mulier. & in quo. h. lib. tit.* 62. 61 *l.* 4. *in princ. D. de munerib.*

6. Imp.

6. Imp. CONSTANT. A. Dalmatio [1].

EOs, qui cujuscunque ſexus liberos [2] quinque habent, impetrata ſemel vacatione potiri convenit: ita ut ſi in hoc numero ætatis legitimæ filius inveniatur, obeundis ſtatim pro ſuo patre muneribus applicetur: patribus, qui filios, vel filias quinque habuerint, promiſſa legibus immunitate ſervanda. Quod ſi quis propter cenſum [3] tenuiorem, vacationem meruerit, atque hoc probaverit: beneficio potiatur, ſi [4] propter rerum anguſtias ad perſonalia vocatur [5] obſequia. Dat. 14. Kalend. Februar. *Sirmii*, CRISPO III. & CONSTANTINO II. CONSS. 324.

TIT. LII.
DE PROFESSORIBUS [6] ET MEDICIS [7].

De medicis.

1. Imp. ANTONINUS A.

CUm *te medicum* [8] legionis [9] ſecundæ [10] adjutricis [11] eſſe dicas, munera civilia quamdiu Reipublicæ [12] cauſa abfueris, ſuſcipere non cogeris. Cum autem abeſſe deſieris, poſt finitam eo jure vacationem, ſi in eorum numero es, qui ad beneficia medicis conceſſa pertinent, ea immunitate uteris.

De grammaticis & oratoribus.

2. Imp. GORDIANUS A.

GRammaticos ſeu *oratores* decreto [13] ordinis probatos, ſi non ſe utiles ſtudentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari [14] poſſe [15] incognitum non eſt.

De poëtis.

3. Imp. PHILIPPUS A.

POëtæ [16] nulla immunitatis prærogativa juvantur.

De Profeſſoribus & calculatoribus.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

ORatione [17] divi Pii liberalium [18] ſtudiorum profeſſores, non etiam *calculatores* [19] continentur.

De medicis.

5. Iidem AA. & CC. Phuidemo [20].

NEc intra [21] numerum [22] præſtitutum [23] ordine [24] invitos [25] *medicos* immunitatem habere ſæpe conſtitutum eſt, cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

De medicis, grammaticis, & cæteris profeſſoribus & legum doctoribus.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad Voluſianum [26].

MEdicos [27] & maxime archiatros [28], vel ex [29] archiatris, *Grammaticos* [30], & profeſſores alios literarum, & *doctores legum*, una cum uxoribus & filiis [31], necnon & rebus, quas in civitatibus ſuis poſſident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis immunes eſſe præcipimus: & neque in provinciis hoſpites recipere, nec ullo fungi munere, nec ad judicium deduci [nec [32]] eximi, vel exhiberi, vel injuriam pati: ut ſi quis eos vexaverit, pœna arbitrio judicis plectatur. Mercedes [33] etiam eis [34], & ſalaria reddi jubemus, quo facilius liberalibus ſtudiis & memoratis artibus multos inſtituant [35]. PP. Kalend. Auguſt. *Sirmii*, CRISPO & CONSTANTIN. CC. CONSS. 321.

De magiſtris.

7. Imp. JULIANUS A.

MAgiſtros [36] ſtudiorum *doctoresque* excellere oportet moribus [37] primum, deinde facundia. Sed quia ſingulis civitatibus adeſſe ipſe non poſſum: jubeo, quisquis docere vult, non repente nec temere proſiliat ad hoc munus, ſed judicio [38] ordinis probatus, decretum curialium mereatur, optimorum conſpirante conſenſu. Dat. 15. Kal. Jul. Acc. 4. Kal. Auguſt. *Spoletii*, MAMERTINO & NEVITA CONSS. 362.

De Philoſophis.

8. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Mamertinum [39] P. P. [40].

REddatur unusquisque patriæ ſuæ qui habitum [41] *philoſophiæ* indebite & inſolenter uſurpare cognoſcitur, exceptis his, qui a probatiſſimis approbati [42], ab hac debent colluſione [43] ſecerni. Turpe [44] enim eſt, ut patriæ functiones ferre non poſſit, qui [45] etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur. Dat. 14. Kalend. Februar. *Sirmii*, VALENTINIANO N. P. & VICTORE CONSS. 371.

De archiatris.

9. Iidem AA. & CC. ad Prætextatum P. U. [46].

ARchiatri [47] ſcientes annonaria ſibi commoda a populi commodis [miniſtrari [48]], honeſte obſequi tenuioribus malint, quam turpiter ſervire divitibus. Quos etiam [49] ea patimur accipere, quæ ſani offerunt pro obſequiis, non ea, quæ periclitantes pro ſalute promittunt [50]. Dat. 3. Kalend. Februar. *Trev.* VALENTIN. & VALENTE III. AA. CONSS. 372.

Non debet in locum magiſtri defuncti alius ſubrogari, niſi fuerit approbatus. Bart.

10. Iidem AA. ad Olybrium P. U. [51].

SI quis in *archiatri* defuncti locum eſt promotionis meritis aggregandus, non ante eorum particeps fiat, quam primis, qui in ordine reperientur, ſeptem [52], vel eo amplius judicantibus idoneus approbetur: ita tamen, ut quicumque fuerit admiſſus, non in priorum numerum ſtatim veniat, ſed eum ordinem conſequatur, qui cæteris ad priora ſubvectis ultimus poterit inveniri [53]. Dat. 6. Id. Mart. VALENTINIANO & VALENTE III. AA. CONSS. 372.

De grammaticis, oratoribus, philoſophis, medicis, & eorum liberis.

11. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P. P. [54].

GRammaticos, *Oratores*, atque *Philoſophiæ præceptores*, necnon etiam *Medicos* [55], præter hæc, quæ retro latarum ſanctionum auctoritate conſecuti ſunt privilegia immunitatesque, frui hac prærogativa præcipimus, ut univerſi, qui in ſacro palatio inter archiatros [56] militarunt, cum comitivam primi ordinis, vel ſecundi adepti fuerint, aut majoris gradum dignitatis aſcenderint, nulla municipali, nulla [57] curialium conventione [58] vexentur, ſeu adempta adminiſtratione ſeu accepta teſtimonialem [59] meruerint miſſionem: ſint ab omni functione, omnibusque muneribus publicis immunes, nec eorum domus ubicumque poſitæ, militem ſeu judicem ſuſcipiant hoſpitandum. † Quæ omnia [in [60]] filiis etiam eorum & conjugibus illibata præcipimus cuſtodiri [61]. † Hæc autem & profeſſoribus [62] memoratis, eorumque liberis deferenda mandamus. Dat. prid. Kal. Decembr. *Conſtantin.* CONSTANTIO & CONSTANTE CONSS.

TIT. LIII.
DE ATHLETIS.

Qui tribus prœliis fuerit coronatus, quorum unum Romæ fuerit, excuſatur a muneribus. Bart.

1. Impp. DIOCL. & MAXIM. AA. & CC. Hermeti.

AThletis [63] ita demum, ſi per omnem ætatem certaſſe, coronis [64] quoque non minus tribus certaminis [65] ſacri (in qui-

1 *C. Theod. lib.* 12. *tit.* 17. *l.* 1. 2 *d. l.* 4. 3 Cenſus tenuis juſtam præbet excuſationem a muneribus. adde Rolandum a Valle 1. *conſil.* 66. *n.* 5. 4 Al. *nec propter &c.* & ita Hal. 5 Imo vocatur. *l.* 40. §. 1. *ff. de excuſat. tutor.*

6 De Grammaticis & oratoribus *l.* 2. poëtis *l.* 3. calculatorib. *l.* 4. magiſtris ſtudiorum, doctoribus *l.* 7. philoſophis. *l.* 11. Ĵ. *h. t.* 7 Medicina nobilitet, nec ne, vid. Tiraquell. tractatu de nobilitate: adde, quæ notavi ad *l.* 6. Ĵ. *h. t.* 8 Medici in legionibus fuere. *l. ult. ff. de munerib.* §. *ult.* adde *l.* 33. §. 2. *ff. ex quib. cauſis majores.* vid. *l.* 6. Ĵ. *h. t.* 9 Legiones plures fuere. 10 Imo adjutrix legio prima fuit, non ſecunda. *l. ult.* Ĵ. *de caſtrenſi peculio. l.* 12. *tit.* 37. 11 Adjutrix legio prima. de qua dixi ad *leg. ult.* Ĵ. *de caſtrenſi peculio. l.* 12. *tit.* 37. 12 Vide *l.* 45. §. 1. *ff. de excuſ. tut.* Goth. Medici militum reip. cauſa abſunt, *l. inter eos.* §. *ult. ff. ex quib. cauſ. maj.* ideoque & quamdiu abſunt, & poſt annum quam abeſſe deſierint, immunitatem habent; poſtea vero ita demum, ſi ex ſtatutorum numero ſint, vide & *l.* 4. *C. Theod. de med. & profeſſ.* porro primæ legionis adjutricis ſit mentio *in l. ult.* Ĵ. *de caſtr. pec. l. ult.* Ĵ. *de apparit. Præfect. Prætor.* utraque autem fuit in Pannonia inferiori: altera a Galba, altera a Veſpaſiano inſtituta. *Mod.* 13 *l.* 1. *in fin.* ẞ. *de decretis decurionum. h. lib. tit.* 46. 14 *l.* 6. §. 6. *ff. de excuſ. tut. l.* 11. §. 3. *ff. de munerib.* 15 Imo non poſſunt. *l.* 9. *verſ. Sed eo dictum. ff. de negotiis geſtis*: poſſunt, non tamen temere. *l. penult. ff. de decretis.* 16 Poëtæ hoc ipſo, quod poëtæ, immunitatem non habent: non quod eam divini ſpiritus non mereantur, ſed quod lex deficit. Poëtæ porro quantum Reipublicæ, ſtudiis, eloquentiæ, ſacris & moribus conferunt, vid. apud Horatium. 17 *l.* 6. §. 7. *ff. de excuſ. tut.* Goth. Intelligit ni fallor (ait Cujacius) epiſtolam Divi Pii ad commune Aſiæ, de qua in *l.* ἐὰν δύο· *ff. de exc. tut.* qua Grammatici, Rhetores, Medici, Philoſophi continentur: non calculatores, qui ψηφιςαὶ vocantur, ut ita *l.* σπάδοντα. *ff. hoc tit.* Mod. 18 Liberalia ſtudia quæ eſſent, dictum in *l.* 1. *ff. de variis & extraord. cognit.* 19 Calculatoribus & librariis, qui numerandi artem docent, immunitas non datur. *l.* 15. §. 5. *D. de excuſ. tutor.* adduntur a Græcis ζυγοςάται, ponderatores & libripendes. Poſſunt addi ex *l.* 1. §. *ludi.* 6. *ff. de variis & extraord. cognit.* notarii & tabularii. Illi enim immunitatem non habent, licet videantur liberalia tractare, notarii videlicet numeros & literas, vel ea quæ ſunt literarum vice: tabularii vero tabulas publicas. 20 Finidemo. 21 Infra. 22 Medicis inter cætera a Julio Cæſare jus civitatis datum teſte Suet. *in Julio*, *c.* 42. Auguſtus vero, quod a Muſa liberto (cui jus annulorum & vim auri infinitam dederat, & ſtatuam ære collatitio prope ſignum Æſculapii poſuerat) ex adverſa admodum valetudine in optimam reſtitutus eſſet, univerſo medicorum ordini immunitatem munerum dedit, *teſte* Dione 53. id poſtea ſub Veſpaſiano, Adriano & Antonino confirmatum. *l. ult.* §. *ult. ff. de munerib.* Poſtea placuit, numerum medicorum definiri, ne eo prætextu quisque munera effugeret. *l.* 7. §. 2. *D. de excuſ. tutor. l.* 1. *D. de decretis ab ordine.* Poſt hæc placuit, ut ne, qui intra eum numerum eſſent, invito ordine immunitatem haberent, *ut hic.* Quod argumento eſt, decreto decurionum immunitatem medicis tributam. Hos ſecutus Claudius, Galenus ſub Commodo Romæ, ſummos honores conſecutus eſt & ſtatuam. Poſt Commodum, Severus medicis annonas ex publico addidit. Hæc tot beneficia Conſtantinus, Honorius, Theodoſius poſtea confirmarunt, ut ex *C. Theod.* poteſt colligi. Poſtremo Julianus oneribus municipalibus medicos liberavit, ut ex *epiſtolis Juliani* poteſt colligi. *l. Ratio.* 4. *C. Theod. de Medicis & profeſſorib.* 23 Præſtitum. 24 Ordinem. 25 Immunitas, al. *ordine invito.* Goth. Duo enim exiguntur, ut medicis competat immunitas; ut ſint intra numerum, quem definivit Epiſtola Divi Pii, quique in urbibus Roma & Conſtantinopoli non idem eſt. Et ut decreto ordinis probati ſint, quod idem in profeſſoribus quoque dicendum eſt. *Mod.* 26 *C. Theod. hoc tit. l.* 1. ſed multis mutatis. 27 *l.* 1. *in pr.* ẞ. *& l. ult. in pr.* Ĵ. *h. t. l.* 6. *in pr. ff. de jure immunitatis.* 28 Hi ſunt, qui in comitatu Principis medendi cura funguntur: ut ex Archiatris, qui dimiſſi ſunt e palatio ſive comitatu. Atque hi, quique his connumerantur, habent vacationem perſonalium munerum, & patrimonialium ſordidorum, *l. maximarum.* ẞ. *de exc. mun. l. archiatros.* Ĵ. *de metat. l. ult.* §. *ult. ff. de mun. & hon. l. ab his.* §. *angariarum. ff. de vac. mun.* verum hæc an de conſuetudine ſerventur, vid. Sylv. *conſ.* 88. *num.* 18. *cum ſeq. lib.* 2. & rurſus *n.* 30. ac Menochium *de arb. jud. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 379. *n.* 19. Mod. 29 *l.* 2. *l.* 4. *C. Theod. h. t.* adde *l.* 2. *ſupr. quib. non objicitur longi temporis præſcr.* 30 *l. ult. in pr.* Ĵ. *h. t. l.* 10. §. *angariorum.* 2. *ff. de vacat. munerum.* 31 *l.* 3. *C. Th. h. t.* 32 Al. *deeſt.* 33 *l.* 1. *in pr. ff. de variis & extr. cognit.* 34 Eorum. 35 Inſtruant. 36 *C. Theod. h. t. l.* 5. 37 Mores facundiæ præferendi. adde *l.* 2. *ſupr. de poſtul. l. un.* Ĵ. *de profeſſorib. qui in urbe.* 38 Vid. *l.* 6. ẞ. *de munerib. h. lib. tit.* 41. 39 *Al.* ad Probum. 40 *C. Theod. h. t. l.* 7. 41 Philoſophi habitus, ſupercilium, pallium, barba. 1. Gell. 2. & 13. *c.* 22. & 9. *c.* 2. Tertull. *de pallio.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 1. *ff. de juſtitia*, *l.* 6. §. 7. *ff. de excuſ. tut.* 42 *l.* 6. §. 4. *ff. de excuſ. tut.* 43 *Colluvione*, *in C. Theod. & vet. lib.* 44 Imo non turpe eſt: cum excuſentur. *l. ult.* Ĵ. *h. t.* 45 Philoſophi vim fortunæ ſe ferre profitentur, ergo & patriæ ſuæ functiones. 46 *C. Theod. h. t. l.* 8. 47 Archiatri urbium maximarum provinciales medici. 48 *Abeſt a C. Theod.* 49 *Tantum ea*, Hal. adde *l.* 3. *ff. de extr. cognit.* 50 Pactio cum ægrotis de mercede nec jure valet, nec jurijurando Hippocratis congruit. *l.* 3. *ff. de extr. cognit.* Mod. 51 *C. Theod. h. t. l.* 9. 52 Doctor a ſeptem aliis confirmandus eſt, *ut hic.* Quid ſi tres idoneum: quatuor non idoneum dixerint? Num dicemus, tres illos affirmantes negantibus eſſe potiores: ex ea ſententia vulgata, qua dicimus, duos teſtes affirmantes præferri mille negantibus. *l. diem proferre.* 27. §. *ſi plures.* 3. *ff. de recept. qui arbitr.?* An potius plurium teſtimonium præferri, tametſi negantium. *cap. in noſtra.* 32. *X. de teſtib.* quod verius eſt. Nam quod dicitur, duos affirmantes præferri mille negantibus, tunc locum habet, quoties negativa probari non poteſt: ſecus, ſi probari poſſit. *ut hic.* Corſetus *ſingulari. Teſtis. Duos teſtes*, adde Wurmſerum 1. *obſerv. c.* 14. 53 Detracta ſunt multa a *C. Theod.* 54 *C. Theod. hoc tit. l.* 16. 55 Vid. *l.* 6. *ſupr. h. t.* 56 De archiatris vid. *l.* 6. §. 2. *ff. de excuſ. tut.* 57 Atqui non excuſantur, *l.* 8. *ſupr. h. t. l.* 6. ẞ. *de munerib. l.* 8. §. *philoſophis. ff. de vacat. & excuſ. muner.* 58 Additur in *C. Th. nulla ſenatoris vel glebali collatione*, ſed hæc verba detraxit Tribonianus, quod jam ſenatoria & glebalis collatio ſublata eſſet. *l.* 2. Ĵ. *de prætor. l.* 12. *tit.* 2. Cujac. *hic.* 59 *Teſtimoniali*, *in C. Theod.* ſunt autem teſtimoniales miſſionis honorariæ epiſtolæ. *l.* 7. ẞ. *de fide inſtrum.* Goth. De teſtimonialibus vide *l. pen. C. Theod. de veter. & tit. de teſtim. exhib. l. ult. C. Theod. de hon. C. l.* 156. *C. Theod. de decur.* atque hæ epiſtolæ dicuntur *in l.* 1. Ĵ. *de veter. l. reſtituenda. ſupr. de adv. div. jud. l.* 45. *C. Theod. de decurionibus.* inſtrumenta *in l. ſi ſolennibus. ſupr. de fid. inſtr.* Mod. 60 Al. *deeſt.* 61 Quædam hic ſunt detracta e *C. Theod.* 62 *l.* 6. ẞ. *h. t.*

63 *l.* 4. *in pr. ff. de his, qui notantur infamia.* vid. Forcatulum *c.* 20. *cupidinis*, *n.* 3. Goth. Et fuſe hic Alciatum, & ſtrictim Cujacium, itemque Ferrandum *lib.* 2. *expl. cap.* 16. & Rævardum *ad leges* 12. Mod. 64 De coronis ſacris dixi ad *l.* 40. *ff. de re judicata*: adde *l.* 5. *ſupr. quæ res pignor.* 65 Al. *certaminibus ſacris.* Certamina ſacra

bus